

bus constare volumus & liquere. Nos religiosas mulieres & honestas dominam abbatissam. de fodø & eiusdem loci conuentum cum omnibus bonis ipsarum mobilibus & immobilibus famulis villicis collonis familiis & personis in eisdem bonis commorantibus admisisse & recepisse sub nostram protectionem & presidium speciale. Donantes eadem bona cum omnibus famulis villicis & collonis familiis & personis prenotatis in eisdem bonis ut diximus commorantibus ab omnibus iuribus & causis regalibus tam a redempcione ledonxlama quam aliis libera penitus & exempta. nisi expedicionem nostram duxerimus educendam & aliqua gracia communis muneris imponantur. Prohibemus igitur firmiter & districte ne quis ipsas super premissa donacione nostra auctoritate presencium concessa presumat aliquatenus indebite molestare Si quis autem hec attemptare presumerit nostram indignacionem nullatenus euitabit In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri. Datum dafhø Anno domini M^oCC^oLXX^o nono tercio Jdus Junii.

Ett stycke af Sigillet hænger i en från sjelfva brevet klippt remsa.

677.

1279 d. 15 Jun.

Örebro.

Kon. MAGNUS I:s Bekräftelse på Fru CHRISTINAS gåfva af Unastad och Hög till Risaberga kloster.

A. 3. n. 1: 12.

M. dei gracia sweuorum gothorumque Rex. Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam Per presentes litteras liquide constare volumus vniuersis, Curiam que dicitur vnastather ac predium quod hogh appellatur, ad dominam Cristinam Sanctimoniam de risæberghum legaliter adque rite deuolutam fuisse, sicut per allegaciones, Cum super eadem curia & dicto predio litigium ortum fuisset, aliquando nobis constitit euidenter, Cum autem predicta domina. C. prefata bona monasterio cui se ipsam deuouerat decreuerit pleno iure, sicut ea possederat conferenda predictam collacionem ab ipsa iuste & pie factam auctoritate presencium confirmamus, Inhibentes firmiter & districte ne quis ipsum monasterium in posterum super hoc audeat impedire. Actum øræbro anno domini. M^o.CC^o.LXX^o.IX^o. decimo VII^o Kal. iulij anno regni nostri quarto.

Sigillet bortfallet; remsan kvar.

678.

1279 d. 15 Jun.

Örebro.

Kon. MAGNUS I:s Gåfvobref på Sigarsö till Bisk. ANUND i Strengnäs.

A. 3. g. 1: 6.

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. M. dei gracia sweuorum gotorumque rex salutem &c. *lika med N:o 645 till Datum øræbro.*

anno domini. M°.CC°. septuagesimo nono decimo. VII°. kalendas julii anno regni nostri quarto.

Ärke-Biskopssigillet N:o 3 finnes, fast skadadt; de öfriga 6 bortfallne.

679.

1279 d. 19 Jun.

Bisk. HENRICKS i Linköping Bref rörande utbyte af Biskopstonden af Wrigstads socken till Nydala kloster mot Rytlofors qvarnar.

A. 3. x. 1: 51.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Hænicus dei gracia lincopen-
sis Episcopus totumque Capitulum ibidem, salutem in domino iesu christo.
Tenore presencium constare uolumus euidenter. Nos communi nostro con-
silio & consensu Cum venerabilibus uiris Domino abbati & Conuentu mo-
nachorum noueuallis ordinis cisterciensis talem fecisse permutacionem. Quod
decimas Episcopales parrochie wricstad ad Episcopalem mensam spectantes
eisdem perpetuo percipiendas dedimus. Pro molendinis que in loco dicto
Rytlofors possederunt. ut dicta molendina & locus in quo constructa sunt
eorumque prouentus ad dictam Episcopalem mensam semper pertineant in
decimarum compensacionem & vicissitudinem premissarum. In huius itaque
perpetuam memoriam & euidentiam pleniorum presentibus sigilla nostra du-
ximus apponenda. Datum anno domini M°.CC°.LXX°. Nono, Decimo tercio
Kalend. Julij.

På frånsidan: de decimis parrochie wrixstadha. (med yngre hand) & røtlo qwærn.

Sigillen: N:o 1, 2 skadade.

680.

1279 d. 21 Jun.

Rom.

Påfv. NICOLAUS III:s Föreskrift till Mag. BERTRANDUS huru förfaras skulle med Hel. Landshjel-
pen af Biskopen i Skara, som ernade personligen fara till Hel. Landet.

F. 1: 314. An. 2. Ep. 139.

*Nicolaus III. Collectori Decimarum pro Terra Sancta in Svetiæ Re-
gno mandat, ut decimam ab Episcopo Scarensi recipiat, ac tuto in
loco deponat, restitatur. eidem in actu discessus ad partes transmarinas.*

*Nicolaus &c. Dilecto filio Magistro Bertrando Amalrici Canonico Re-
mensi in Datie, et Svetie Regnis Collectori Decime Terre Sancte
subsidio deputate Salutem &c.*

Sicut nuper te accepimus intimante Venerabilis Frater noster . . .
Episcopus Scarensis zelo fidei, et devotionis accensus Crucis assumpto signa-